Invece, i quattro più importanti «Gelasiani del secolo VIII», preferisco riportarli in sinossi.

¹⁴ A. NOCENT, *Storia dei libri liturgici romani*, in AA. VV., *Anamnesis. 2. La Liturgia...*, op. cit., p. 156.

¹⁵ A. DUMAS, *Liber Sacramentorum Gellonensis*, CCL 159/159A (1981); O. HEIMING, *Liber Sacramentorum Augustodunensis*, CCL 159B (1984); P. SAINT-ROCH, *Liber Sacramentorum Engolismensis*, CCL 159C (1987); L. C. MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum (Sacramentarium Gelasianurn Sangallense)*, Munster 1939. Credo utile presentare in sinossi parallela questi quattro fondamentali Sacramentari del tipo «Gelasiano dell'VIII secolo»: così ognuno potrà immediatamente percepire la loro quasi identità in tutte le orazioni.

DAL «SACRAMENTARIO GREGORIANO»

Pridie Idus Novembres id est XI die mensis Novembris
Natale sancti Martini

748. Deus qui conspicias quia ex nulla nostra virtute subsistimus, concede propitius ut intercessione beati Martini confessoris tui contra omnia adversa muniamur. Per dominum.

749. *Super oblata.* Da misericors deus, ut haec nobis salutaris oblatio et propriis reatibus indesinenter expediat et ab omnibus tueatur adversis. Per.

750. *Ad completa.* Praesta quaesumus domine deus noster ut quorum festivitate votiua sunt sacramenta eorum salutaria nobis intercessione reddantur. Per dominum.

III Idus Novembres
Natale Sancti Martini Confessoris

1688. VD aeternae deus. Cuius munere beatus martinus confessor pariter et sacerdos, et bonorum operum incrementis excrevit, et variis virtutum donis exuberavit, et miraculis coruscavit. Qui quod verbis edocuit, operum exhibitione complevit, et documento simul et exemplo subditis ad caelestia regna pergendi ducatum praebuit. Unde tuam clementiam petimus, ut eius qui tibi placuit exemplis ad bene agendum informemur, meritis muniamur, intercessionibus adiuvemur. Qualiter ad caeleste regnum illo interveniente, te opitulante pervenire mereamur. Per christum.

«MISSAE VOTIVAE ET PRO DEFUNCTIS»

In honore Sancti Martini

1988. Sit domine beatus martinus confessor tuus atque pontifex, custos actuum nostrorum, et mala opera ac desideria maligna quae nostra fragilitas superare non potest, eius pia intercessione tuaque benignitate annuente vincantur. Per.

1989. SUPER OBLATA. Sacris altaribus hostias superpositas, sanctus martinus quaesumus domine in salutem nobis provenire deposcat. Per.

1990. PRAEFATIO. UD p. Ch. Te suppliciter exoramus, ut accepta sit tibi domine oblatio nostra, quam tibi offerimus de tua largitate, pro peccatis atque offensionibus nostris et fidelium omnium, ut indulgentiam consequi mereamur, qui es claritas angelorum, creator omnium sanctorum et saeculorum, fides patriarcharum, divinitas prophetarum, electio apostolorum, corona martyrum et gloria confessorum, pater ac pastor animarum, sanctificatio sacerdotum, sponsus virginum, castimonia viduarum, dux peregrinorum, clementissimus pater orphanorum, prosperitatis largitor, in tribulationibus adiutor, in angustiis liberator, medicus animarum, resurrectio mortuorum, gloria et praemium vitae aeternae, dispensatorque meritorum. Tibi domine clamant, laudant et benedicunt omnes angeli atque archangeli, throni et dominationes, virtutes, principatus et potestates, cherubin quoque et seraphin, qui non cessant clamare sine fine dicentes. Sanctus.

1991. AD COMPLENDUM. Existat quaesumus domine beatissimus martinus perpetuus interventor, ut haec sacra mysteria quae indignis manibus tractamus, non sint nobis ad poenam, sed sint fortitudo nostrae infirmitatis, et ad vitam capescendam aeternam praeparatio salutaris. Per.

«MISSAE FESTIVAE DE SANCTIS»

V Nonas Iulii

Vigilia Sancti Martini Episcopi et Confessoris

3511. Concede nobis... venturam beati confessoris tui martini

= n. 3144.

3512. SUPER OBLATA. Accepta sit... beati martini confessoris

= n. 3145.

3513. PRAEFATIO. UD. Deprecantes maiestatem tuam ut populum convenientern ad beati confessoris tui martini festivitatem prospero effectu eius celebrare sollempnia tribuas, et per eiusdem patris nostri intercessionem ad aeternae beatitudinis gloriam pervenire mereamur. Per christum.

3514. AD COMPLENDUM. Praesta nobis aeternae largitor eius

= n. 3146.

3515. SUPER POPULUM. Benedictionis... martino ... suscipiamus

= n. 3147.

3516. IN UIGILIIS IN NOCTE. Omnipotens et misericors deus qui beatum martinum confessorem tuum atque pontificem nobis aeternae salutis donasti doctorem ut perfectam plebem christo domino praepararet, da quaesumus ut omnes qui ad eiusdem convenerunt sollempnitatem, protectoris nostri illius continuata intercessione ab omnibus liberentur adversis, ac secura mente tibi deo soli deserviant. Per.

III Nonas Iulii

Natale Sancti Martini Confessoris

3517. Deus qui populo tuo aeternae salutis beatum martinum ministrum concessisti, praesta quaesumus ut quem doctorem vitae habuimus in terris, intercessorem semper habere mereamur in caelis. Per.

3518. *Super oblata.* Omnipotens sempiternae deus munera tuae maiestati oblata, per intercessionem beati martini confessoris tui atque pontificis, ad perpetuam fac nobis proficere salutem. Per.

3519. *Praefatio.* UD. Qui mundum per sanctos doctores ad verae fidei agnitionem illuminasti, de quorum societate beatus martinus excellentius enituit, virtutum meritis copiosus effulsit, signorum titulis clarius eluxit, et totius pietatis populo tuo magister emicuit. Alios caelestis doctrinae verbis erudit, alios religiosae vitae exemplis roboravit. Ab omni quoque infirmitatum molestia multos sanavit, quosdam vero a demoniacis spiritibus liberavit. Alios quoque morte praereptos sacris orationibus resuscitavit. Omnibus odor vitae factus ad salutem, ut omnes ad aeternae beatitudinis gloriam revocaret.

Per christum.

3520. *Ad complendum.* Sacramenta salutis nostrae suscipientes concede quaesumus omnipotens deus, ut beati martini nos ubique oratio adiuvet, in cuius veneratione haec tuae obtulimus maiestati. Per.

3521. *Ad vespereos.* Caelesti benedictione omnipotens pater populum tuum sanctifica, et beati martini confessoris tui atque pontificis festivitate gaudentem, per intercessionem eiusdem protectoris nostri, fac nos in aeterna cura sanctis tuis gloria gaudere. Per.

*Item Missa de Ordinatione Episcopatus
atque Translatione corporis*

3523. Omnipotens sempiternae deus qui in hac festivitate anniversaria, beatum martinum apostolicum virum innumeris virtutibus declaratum, summum pontificem et magnum patronum populo tuo ordinari voluisti, concede propitius ut apud misericordiam paternae pietatis tuae meritis eius et intercessionibus adiuvemur. Per.

3524. *Alia.* Omnipotens et misericors deus qui inter cetera miracula sancti confessoris tui martini, etiam in die translationis sacri corporis illius angelicam revelationem populo tuo demonstrasti, praesta nobis potentibus huius patroni suffragantibus meritis, ut ea quae sint tibi placita digno affectu ac devotis mentibus exsequamur. Per.

3525. *Super oblata.* Beati martini confessoris tui domine nobis patrocinio suffragante, has oblationes offerimus divinae maiestati tuae, deprecantes ut benigne clementerque suscipias, quae animabus fidelium defunctorum remedium et requiem, ac viventibus indulgentiam et salutem conferant sempiternam. Per.

3526. *Praefatio.* UD. Qui beatum martinum electum tibi antistitem valde magnificare dignatus es. Qui licet post patriarchas et prophetas fuisse visus est, esse tamen summum patronum et habere gratiam prophetiae donasti. Quemque innumeris signis et virtutibus manifestatum virum apostolicum similem fieri apostolis tuis voluisti. Hic namque caecis visum, surdis auditum, claudis gressum, mortuis etiam vitam restituit. Et ideo.

3527. *Ad complendum.* Deus qui populum tuum in deserto quadraginta annis pane caelesti satiasti, et illis sitiensibus fontem limpidiissimum de petra produxisti, nos spiritualis aescis, corporis et sanguinis domini nostri Iesu christi satiatis sempiterna protectione conserua. Per.

3528. *Super populum.* Protege quaesumus domine propitius dextera misericordiae tuae populum tota tibi devotione subietum, quem interveniente beato confessore tuo martino benedictione remuneratum ad aeternam vitam pervenire concedas. Per.

V Idus Iulii Octabas Sancti Martini

3532. Concede quaesumus omnipotens deus ut beati martini confessoris tui frequentata sollempnitas ad perpetuam populo tuo proficiat salutem, et quem saepius veneramur in terris, semper habeamus patronum in caelis. Per.

3533. *Super oblata.* Haec oblatio domine quaesumus quam iterata sancti confessoris tui martini festivitate, tuae offerimus maiestati, nobis prosit ad indulgentiam, ut per eam a nostris liberemur peccatis, et sacris altaribus adstare digni efficiamur. Per.

3534. *Praefatio*. UD. Laudem tuo nomine perpetuam domine deus referimus, qui beatum martinum plebi tuae donasti doctorem. Cuius sacratissimis erudita est te verum cognoscere deum doctrinis. Cuius intercessionibus tuam confidit misericordiam consequi. Per christum.

3535. *Ad complendum*. Sacramenta domine deus quae sumpsimus, beato martino confessore tuo intercedente, ab omni nos adversitate defendant, et perpetua tibi deo soli servire concedant. Per.

3536. *Super populum*. Omnipotens sempiternae deus qui nos pia devotione sanctorum in hoc sacratissimum ovile congregasti, concede quaesumus eorum nos perpetua protectione ab omni adversitate defendi, atque cum eis aeternae vitae beatitudine gaudere. Per.

«SACRAMENTARI GELASIANI DEL SECOLO VIII»

III Idus Novembres

Natale Sancti Martini Episcopi

Sacr. Engolism. Sacr. Gellon. Sacr. August. Cod. Sang. 348

Deus qui conspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus, concede propitius ut, intercessione beati Martini confessoris tui, contra omnia adversa muniamur. Per.

Deus qui conspicis quia ex nulla nostra uirtute subsistimus, concede propitius ut, intercessione beati Martini confessoris tui, contra omnia aduersa muniamur. per dominum.

Deus qui conspicis quia ex nulla nostra uirtute subsistimus concede propitius ut intercessione beati Martini confessoris tui, contra omnia aduersa muniamur: per dominum.

Deus, qui conspicis quia ex nulla nostra uirtute subsistimus, concede propitius, ut intercessione beati Martini confessoris tui, contra omnia aduersa muniamur. Per.

II. ALIA.

<p>Omnipotens sempiternae Deus, solemnitate diei huius propitius intueri, et ecclesiam tuam, intercessione beati Martini pontificis atque confessoris tui, continua fac caelebritate gaudere omniumque in te credentium vota perficias. Per.</p>	<p>Omnipotens sempiternae deus, solemnitate diei huius propiti(us) intueri, et ecclesiam tuam, intercessione beati martini confessoris tui atque pontificis, continua fac caelebritate gaudere, omniumque in te credentium vota perficias. per dominum Iesum christum.</p>	<p>Omnipotens sempiternae deus sollempnitate diei huius propitius intueri et ecclesiam tuam intercessione beati Martini pontificis atque confessoris tui continua fac caelebritate gaudere omniumque in te credentium vota perficias: per.</p>	<p>Omnipotens sempiternae deus, solemnitate diei huius propitius intueri, et ecclesiam tuam intercessione beati Martini pontificis atque confessoris tui, continua fac caelebritate gaudere omniumque in te credentium vota perficias. Per dominum.</p>
--	--	--	---

SECRETA.

SCR.

SUPER OBLATA.

SUPER OBLATA.

<p>Beati Martini pontificis quaesumus Domine nobis pia non desit oratio, quae et munera nostra conciliet, et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum nostrum.</p>	<p>Beati martini pontificis quaesumus domine nobis pia non desit oratio, quae et munera nostra conciliet, et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. per.</p>	<p>Beati Martini pontificis quaesumus domine nobis pia non desit oratio. quae et munera nostra conciliet et tuam nobis indulgentiam semper obtineat: per.</p>	<p>Beati Martini pontificis tua quaesumus domine pia nobis non desit oratio, quae et munera nostra conciliet, et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dominum nostrum Iesum.</p>
--	--	---	--

PRAEFATIO.

VD. Te in beati Martini Pontificis atque confessoris tui laudibus adorare, qui sancti Spiritus tui dono succensus, ita in ipso tirocinio fidei perfectus inventus est, ut Christum texisset in paupere, et vestem quam egenus acceperat, mundi Dominus induisset;

digne ei arrianorum subiacuit feritas, digne tanto amore martyrii persecutoris tormenta non timuit. Quanta putamus erit glorificatio passionis, quando pars clamidis sic extitit gloriosa? Quid erit pro oblatione integri corporis recepturus, qui

UD. Te in beati martini pontificis atque confessoris tui laudibus adorare, qui sancti spiritus tui dono succensus ita in ipso tirocinio fidei perfectus inuentus est, ut christum texisset in paupere, et uestem quam egenus acceperat, mundi dominus induisset.

Digni ei arrianorum subiacuit feritas, digno tanto amore martyrii persecutoris tormenta non timuit. Quanta putamus erit glorificatio passionis, quando pars clamidis sic extetit gloriosa. Quid erit pro oblatione integri corporis recepturus, qui

UD te in beati Martini pontificis atque confessoris tui laudibus adorare. qui sancti spiritus tui dono succensus. ita in ipso tirocinio fidei perfectus inuentus est. ut Christum texisset in paupere(m). et uestem quam egenus acciperat, mundi dominus induisset.

Digne ei Arrianorum subiacuit feritas. Digne tanto amore martyrii persecutoris tormenta non timuit. Quanta putamus erit glorificatio. passionis quando pars clamidis sic extetit gloriosa quid erit pro oblatione. integri corporis recepturus. qui

UD. Te in beati Martini pontificis atque confessoris tui laudibus adorare, qui sancti spiritus tui dono succensus, ita in ipso tirocinio fidei perfectus inuentus est, ut Christum texisset in paupere et uestem quam egenus acceperat, mundi dominus induisset.

Digne ei Arrianorum subiacuit feritas. Digne tanto amore martyrii persecutoris tormenta non timuit. Quanta putamus erit glorificatio passionis, quando pars clamidis sic extitit gloriosa? Quid erit pro oblatione integri corporis recepturus, qui

pro quantitate vestis exiguae et vestire Deum meruit et videre? Hic tua est Domine veneranda potestas, qui cum lingua non suppetit, meritis exoreris. Per Christum.	pro quantitate uestis exigue et uestire deum meruit et uidere. Hic tua est domine ueneranda potestas, qui cum lingua non suppetit meritis exoreris. per christum.	pro quantitate uestis exiguae. et uestire deum meruit et uidere. Hic tua est domine ueneranda potestas. qui cum lingua non suppetit meritis exoreris: per Christum.	pro quantitate uestis exigue et uestire deum meruit et uidere? Haec tua est domine ueneranda potestas, ut cum lingua non suppetit, meritis exoreris. Per Christum dominum.
--	--	--	---

POST COMMUNIONEM.

P. COM.

POST COMMUNIONEM.

POST COMMUNIONEM.

Tua, Domine, sancta sumentes, suppliciter deprecamur, ut quorum ueneramur confessionem, praesidia sentiamus. Per.

Tua domine sancta sumentes, suppliciter deprecamur, ut quorum ueneramur confessionem, presidia sentiamus. per dominum nostrum iesum christum.

Tua domine sancta sumentes suppliciter depraecamur, et quorum ueneramur confessionem praesidia sentiamus: per dominum nostrum.

Tua domine sancta sumentes suppliciter deprecamur, ut cuius ueneramur confessionem, praesidia sentiamus. Per.

SUPER POPULUM.

SUPER POPULUM.

SUPER POPULUM.

AD POPULUM.

Exaudi Domine populum tuum tota tibi mente subiectum, et beati

Exaudi domine populum tuum tota tibi mente subiectum, et beati

Exaudi domine populum tuum tota tibi mente subiectum et beati

Exaudi domine populum tuum tota tibi mente subiectum, et beati

<p>Martini pontificis supplicatione custodi, ut corpore et corde protecti, quod pie crededit appetat, et quod iuste sperat obtineat. Per.</p>	<p>martini pontificis supplicatione custodi, ut corpore et corde protecti, quod pia crededit appetat, et quod iuste sperat obtineat. per dominum.</p>	<p>Martini pontificis supplicatione custodi, ut corpore et corde protecti. quod pia<e> crededit appetat et quod iuste sperat obtineat: per dominum.</p>	<p>Martini pontificis supplicatione custodi, ut corpore et corde protectus, quod pie credit appetat, et quod iuste sperat obtineat. Per dominum nostrum.</p>
---	---	---	--

MESSA PROPRIA DEL SACRAMENTARIO DI ANGOULÊME
In Natale sancti Martini confessoris atque pontificis

III NONAS IVLII

Omnipotens sempiternus Deus qui in hac festiuitate anniuersaria sanctum Martinum apostolicum uirum innumeris uirtutibus declaratum ad toronicae ciuitatis episcopalem cathedram summum pontificem et magnum patronum populo tuo ordinare uoluisti, concede propitius, ut apud misericordiam paternae pietatis tuae meritis eius et intercessionibus adiuuemur. Per Dominum nostrum.

Adesto supplicationibus nostris misericors Deus, qui inter cetera miracula sancti Martini meritum etiam in die translationis sacri corporis illius angelica reuelatione populo tuo demonstrasti, praesta nobis petentibus huius patroni suffragantibus precibus, ut ea quae tibi sunt beneplacita digno affectu ac deuotis mentibus exsequamur. Per.

SECRETA. Beati Martini confessoris tui Domine nobis patrocinio suffragante has oblationes offerimus diuinae maiestati tuae, deprecantes ut benigne clementerque suscipias quae

et animabus fidelium defunctorum remedium et requiem, ac uiuentibus indulgentiam et salutem conferant sempiternam. Per.

UD. Qui sanctum Martinum electum tibi ab infantia magnificare dignatus es, cui licet post patriarchas et prophetas fuisse uisus est, esse tamen summus patronus et habere gratiam prophetiae donasti; quemque innumeris signis et uirtutibus manifestatum uirum apostolicum similem fieri apostolis tuis uoluisti; hic namque cecis uisum, surdis auditum, claudis gressum, mortuis etiam uitam restituit; qui Christum ore, Christum in corde semper gestauit, qui pro integritate castissimi corporis cum uirginibus gloriam uirginitatis habere meruit, et pro Christo multas temptationes pacienter tollerando cum martyribus palmam martyrii consecutus est; merito ergo tibi Domine in huius sancti pontificis honore debitas grates referimus in hac annua festiuitate ordinationis eius in episcopatum eadem uidelicet die et translatione corporis illius de sepulchro, in qua etiam die dedicatio facta est magnificae basilicae, ubi corpus ipsius honorifice cum gloria requiescit. Et ideo cum angelis et archangelis.

POST COMMUNIONEM. Deus qui populum tuum in deserto quadraginta annis pane caelesti saciasti, et illis sicientibus fontem limpidissimum de petra produxisti, nos spiritualibus aescis corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi saciatos sempiterna protectione conserua. Per Dominum nostrum.

AD POPULUM. Protege quaesumus Domine propitius dextera misericordiae tuae populum tota tibi deuotione subiectum, quem interueniente confessore tuo sancto Martino benedictione remuneratum ad aeternam uitam peruenire concedas. Per.

Item benedictio super regem et populum

Deus inenarrabilis auctor mundi, conditor generis humani, gubernator imperii, confirmator regni, qui ex utero fidelis amici tui patriarchae nostri Abrahae praelegisti reges saeculis

profuturos, tu presentem insignem regem hunc cum exercitu suo, intercessionem beati Martini episcopi et confessoris, uberi benedictione locupleta et in solium regni firma stabilitate connecte. Visita eum interuentu illius sicut Moysen in rubo, Iosue in agro, Iesu Naue in prelio, Samuhel crinitum in templo. Et illa eum promissione siderea hac sapientiae tuae rore perfunde, qua beatus Dauid rex in psalterio. Salomon filius eius te remunerante percepit e caelo. Sis ei contra acies inimicorum lurica, in aduersis gallea, in prosperis patientia, in protectione clipeum sempiternum. Et praesta ut gentes illi teneant fidem, proceres sui habeant pacem, diligant caritatem, absteneant se a cupiditate, loquantur iusticiam, custodiant ueritatem et ita populus iste pullulet coalitus benedictione aeternitatis, ut semper maneant tripudiantes et in pace uictores. Quod ipse praestare.

Appendice

Due opere critiche, non globali ma parziali, sono ancora fonte dei testi eucologici di S. Martino: il «*Corpus Praefationum*» preparato da E. MOELLER su tutto il materiale liturgico reperibile, edito e inedito, relativo solo ai prefazi, con ampia introduzione, testo critico e accuratissimo apparato, a convergenza con le edizioni e specialmente con i manoscritti. Quest'opera copre cinque interi volumi del *Corpus Christianorum Series Latina*.¹⁶ In aggiunta all'intero materiale dei diversi Sacramentari fin qui da me riportati, il Moeller riferisce tre testi in più, che ritengo utile aggiungere al mio lavoro.

L'altra opera è il «*Corpus Benedictionum Pontificalium*» preparato ugualmente da E. MOELLER sull'intero materiale liturgico occidentale, edito e inedito. Comprende quattro volumi nel *Corpus Christianorum Series Latina*.¹⁷ Diverse sono le Benedizioni, che non sono state edite nei diversi Sacramentari: le riporto in questa appendice, secondo la indicazione dei manoscritti da cui il Moeller le ha desunte.

¹⁶ EDMOND (EUGÈNE) MOELLER, *Corpus Praefationum*, CCL 161, 161A, 161B, 161C, 161D, Turnholti 1980.

¹⁷ EDMOND (EUGÈNE) MOELLER, *Corpus Benedictionum Pontificalium*, CCL 162, 162A, 162B, 162C, Turnholti 1971. Ho riportato qualcuna di queste benedizioni, al loro posto nei rispettivi formulari dei vari riti. Tuttavia, diverse Benedizioni Pontificali non sono incluse nelle edizioni specifiche dei Sacramentari.

DAL «CORPUS PRAEFATIONUM»

162. VD. Cuius munere beatus Martinus confessor magnusque sacerdos, ita multifariis signorum titulis eluxit, ut in more deificae pietatis trium suscitator mortuorum existeret. Poscat ergo nobis, quaesumus, delictorum veniam, qui tantis apud te gloriosus effulsit praeconiis. Per Christum.¹⁸

219. VD. Deprecantes maiestatem tuam, ut populum convenientem ad beati confessoris tui Martini festivitatem, prospere effectu eius celebrare solemnia tribuas, et per eiusdem patris nostri intercessionem, ad aeternae beatitudinis gloriam pervenire mereamur. Per Christum.¹⁹

740. VD. <Primus gradus fuit, quando fossarius procuravit coemete>ria. Alium quidem gradum <o>s<tiarius eccle>siarum Dei persistens. Tertius vero gradus clericati onus pervenit. Quartus autem gradus subdiaconati onus ascendit. In qua opera magna professus est, mortuos suscitavit, caecos inluminavit, surdos audire fecit, mutos loqui compellit, leprosos mundavit. Quintus autem gradus diaconati onus ascendit. Sextus vero gradus presbyteri dignitatem suscepit, custo<s> magnus, tutela mundi, qui vigilando et orando rapaces lupos dispersit. Cui dignitas adfuit epis<co>patum iam non dubitavit, nisi virtus et gratia accrescet velociter. Ibi populus laudem Deo dicebat: O magno et mirabile digno Martino episcopo, cui mundus iste non pertinet, sed potius ad regna caelestia pervenit cum gloria. Per Christum dominum.²⁰

¹⁸ In apparato: «III Id. Nov. Eodem die Natale sancti Martini episcopi». L'editore E. MOELLER (CCL 161B, p. 78) indica il codice da cui deriva il testo: NM 181, 7 (cioè: Le Havre, Bibl. Munic., ms 300 [XI S.): *Missal of the New Minster* (Winchester)).

¹⁹ E. MOELLER, *Corpus Praefationum*, CCL 161B, p. 105, pone in apparato: In natale sancti Martini. E indica i codici: Tours 184 (= Tours Bibl. Munic. ms. 184) et Paris B. N. lat. 9430 (IX s.): *Sacramentario Gregoriano di S. Martino di Tours*.

²⁰ E. MOELLER, *Corpus Praefationum*, CCL 161B, p. 354, scrive: «III Id Nov. Natale sancti Martini». E cita il codice: Salz 326

177: S. Genev. 144 :

Benedictio in Natali sancti Martini (11 Nov.)

a. Benedicat vobis gloriosa et ineffabilis Trinitas, in cuius virtute beatus effulsit Martinus trium mortuorum suscitator magnificus. Amen.

b. Resuscitet vos Deus de vitiorum sepulcris, qui illum apostolicis florere fecit miraculis. Amen.

c. Ut in cuius transitu virtutum occurrit exercitus, vos aeternis sedibus colloquet idem angelicus coetus. Amen.

Quod ipse praestare dignetur, qui trinus et unus vivit et gloriatur Deus et regnat in saecula saeculorum. Amen.
Benedictio.

469: Ora. Vis. 1191: *III Idus novembres.*

In die sancti Martini ad vesperum benedictio (11 Nov.)

a. Christus Dominus, qui beatissimum Martinum confessionis decoravit honore, illam in vobis confessionem attribuat, qua exstinguat peccata. Amen.

b. Et qui per eum inopiam satiavit egentium, ipse per illum remuneranda vota suscipiat populorum. Amen.

c. Ut eodem intercedente, remunerentur vota fidelium, quo largiente debilitas refecta est egenorum. Amen.

(= Sakramentar von Salzburg). Pone quindi come testo di referenza il Bo 582 (= Paris B. N. lat. 13246, Messale gallicano di Bobbio del sec. VIII), con questa annotazione: «On remarquera l'anomalie qui place l'ostiarat entre le sacerdoce et l'épiscopat (Bo 582)». Les ordres mineurs de lecteur et d'exorciste, dans Bo, sont sans doute contenus dans le troisième degré: la cléricature. Le parallélisme entre ces deux textes suggère l'origine gallienne de cette préface».

583: Huesca 43:

Santi Martini (benedictio /11 Nov /)

a. Conferat vobis Dominus viscera sinceræ caritatis, qui beatum Martinum exuberare fecit operibus pietatis. Amen.

b. Et qui eum in universis fecit coruscare miraculis, vos illustres faciat bonorum operum, complementis. Amen.

c. Quatenus illuc eum sequi mereamini per viam regiam, quo ille vos præcessit per viam arctam et arduam. Amen.

811: Br 250:

Benedictio [sancti Martini episcopi /11 Nov.]

a. Deus, qui beato Martino pro incomparabilis vitæ meritis et regale sacerdotium contulit et virtutibus eum atque miraculis magnificavit, eius vos in sanctissima intercessione sibi conciliet, et tam moribus quam verborum institutis ad vitam informet. Amen.

b. Doceat vos in suo præsule opera misericordiae etiam supra fragilitatem amare, ut quod ille, adhuc catechumenus vestitum vidit parte suae clamidis, vos in novissimo coram hominibus et angelis iam non iudicem sed retributorem videatis. Amen.

c. Quatenus duplicatam reportantes Domini nostri pecuniam talem de commisso rationem reddatis, ut inenarrabile gaudium Domini nostri cum fidelibus eius servis introeatis. Amen.

Quod ipse præstare dignetur.

937: Long. 63b:

Sancti Martini episcopi et confessoris benedictio /11 Nov.

a. Deus, qui gloriosum antistitem Martinum quasi cantico graduum ab imo provexit ad summa, concedat vobis in valle lacrimarum ascensionibus dispositis ad virtutem pertingere complementum. Amen.

b. Tribuatque vobis spiritualis militiae triumphum per beati Martini meritum et exemplum. Amen.

c. Ut quicquid in ipso sacerdotum gemma laudando recolitis, in vestrorum saginam spirituum et fructus operum convertatis. Amen.

Quod ipse praestare dignetur.

1294: Ora. Vis. 1201:

In die sancti Martini benedictio ad Matutinum [11 Nov.]

a. Dominus Iesus Christus, qui linguam beatissimi Martini et in sui nominis confessione victricem, et in adversarii invocatione potentiores fecit existere, os nostrum aperiat in confessionibus laudis suae. Amen.

b. Et qui illum ab continentiae fecit legibus gloriosum vos efficiat poenitentiae fructibus opulentos. Amen.

c. Ut eam pacem, quam ille continuo moriturus tenendam praedicavit discipulis, vos et nunc in spe, et post in re plenissime capiatis. Amen.

1476: Utrecht 98:

De sancto Martino benedictio (11 Nov.)

a. Maiestas summae Trinitatis, cuius virtute beatus Martinus tres resuscitavit mortuos, ab aeterna morte vos praeservare dignetur. Amen.

b. Et gratia Sancti Spiritus, qui ut globus igneus apparuit super caput eius, per quod divina bonitas plane patefecit ipsum aequalis meriti fore cum apostolis, vobis in praesenti vita donetur. Amen.

c. Ut ipsius interventu, qui sic numerum implevit confessorum, ut nec martyrum palmam amitteret, electorum consortium acquiratis per divinae donum pietatis. Amen.

Quod ipse praestare dignetur.

II. - RILIEVI SUI FORMULARI

La vastità impensata dei testi eucologici da me raccolti e presentati mi ha costretto a limitare la mia analisi comparata tra storia e memoria soltanto al formulario visigotico della Messa dell'11 novembre di S. Martino. E tuttavia, dopo aver molto riflettuto, ritengo giusto fare alcuni rilievi, tanto sotto l'aspetto liturgico, che storico.

1. - RILIEVO CRITICO SUL PREFAZIO AMBROSIANO

Mi ha immediatamente sorpreso la stretta somiglianza del Prefazio ambrosiano di S. Martino, identico in tutte le trasmissioni dei codici ambrosiani, con il gruppo gallicano - rappresentato dal Missale Gothicum e dal Missale Bobiense - e con il gruppo dei «Gelasiani misti» o «Gelasiani dell'VIII secolo», la cui lezione ricorre identica anche in altri Sacramentari derivati di Fulda e di Benevento.

Ho esaminato con molta attenzione l'edizione di E. MOELLER nel *Corpus Praefationum* più volte citato, e il suo apparato critico, così poderoso. Ma mi è parso che egli non abbia sufficientemente ponderato - pur avendo tra mano tutti i testi - il loro parallelo e le loro dipendenze. Egli infatti trascrive, al numero 459 della sua edizione, come «testo-tipo» il prefazio dei Gelasiani del sec. VIII, mettendo in nota, quasi fosse un «testo di confronto», le varianti della tradizione ambrosiana. Si accorge egli stesso che i Gelasiani franchi hanno operato un raccorciamento del testo, rispetto ai testimoni gallicani più antichi e a quelli ambrosiani. Scrive infatti:

«N.B.: La version gallicane, qui s'inspire de la *Vita sancti Martini* 3, 6, 10 de Sulpice Sévère (CSEL 1, 113 ss.), représentée par Ambr, Bo, Go, Pr, a été écourtée et

retouchée dans la version gélasienne franque des autres témoins». ²¹

La mia sorpresa non è che egli abbia introdotto nel suo «*Corpus Praefationum*» il prefazio quale ricorre nella tradizione dei gelasiani misti: ritroviamo infatti questa redazione gelasiana anche nel *Sacramentarium Triplex* di Zurigo, accanto al prefazio genuino della *Alia Missa ambrosiana*.²² Mi ha invece meravigliato che non abbia riportato nel «*Corpus Praefationum*» come primario, il prefazio ambrosiano: lo indica abbreviato (prime e ultime parole) al n° 608 della sua edizione,²³ mentre riporta quelle che egli ritiene «varianti o addizioni» in nota al prefazio gelasiano. Io credo che avrebbe dovuto procedere, caso mai, in modo inverso. Ritengo infatti che il prefazio ambrosiano sia primario, e ci trasmetta quasi interamente (raccorciato appena alla fine) l'archetipo, dal quale dipende sia la primitiva famiglia gallicana sia la posteriore famiglia gelasiana franca.

Per meglio far capire la mia ipotesi, riproduco in fotocopia, accanto al testo del prefazio gelasiano misto, l'apparato critico di E. MOELLER; poi una mia sinossi tra la redazione gallicana del *Missale Gothicum* e *Bobienese*, *Gelasiani del sec VIII*, tradizione *Ambrosiana* con rilievi personali.

²¹ E. MOELLER, *Corpus Praefationum*, CCL 161B, *op. cit.*, p. 218.

²² Edizione critica: ODILO HEIMING, *Corpus Ambrosiano-Liturgicum*. I. *Das Sacramentarium Triplex*. Die Handschrift C 43 der Zentralbibliothek Zürich, Münster Westfalen 1968, pp. 249-251.

²³ *Ivi*, p. 171 il testo; in apparato, p. 291, annota: «III. Idus Nov. Depositio sancti Martini episcopi (Ambr.)»; e appresso indica le fonti: Ar 12, Berg 7, Bl 3, cod. D, O, Vr, D 3-3, 794, MA Fer, p. 335, Z 2680. Sono i codici che io stessa ho potuto collazionare, rendendomi conto della loro consonanza perfetta.

1.1. *Il Prefazio Gelasiano misto
e l'apparato critico di E. MOELLER*²⁴

459.²⁵

VD: In ¹beati Martini pontificis atque confessoris tui laudibus ²adorare. Qui sancti Spiritus tui dono ³succensus, ita in ipso tyrocinio fidei ⁴perfectus inventus est, ut Christum texisset in ⁵paupere et vestem, quam egenus acceperat, mundi Dominus ⁶induisset. Digne ⁷ei Arianorum subiacuit ⁸feritas, digne tanto

²⁴ E. MOELLER, *Corpus Praefationum*, CCL 161A, p. 125 (testo del prefazio gelasiano misto); 161B, pp. 217-218 (apparato critico). Riproduco nel corpo il testo del prefazio, in nota l'apparato critico.

²⁵ Apparato critico di E. MOELLER, *Corpus Praefationum*, CCL 161B, pp. 217-218 :

A 1477 Gell 1611 Monza 653.

Vide VD 597: Nos te, Domine Deus noster, in laudibus sancti Martini...

Go 476 Pr 206, 3: *contestatio*.

VD 608: Nos te, omnipotens Deus, in beati sacerdotis ... [Ambr.]

Ar 12 Berg 7 Bi 3 cod. D, O, Vr D 3-3, 794 MA Fer, p. 335.

Z z68o.

VD 1492: Te in <beati> Martini pontificis...

Arn 55 B 1009 Benev, f° 125 (n° 183, p. 385) Bo 367 F 1426.

Rh 930 S 1321 Z 2672.

VD. Aeternae Deus *praem.* Z 2672; VD. <Aequum Ambr> et salutare *praem.* Ambr, F; Vere dignum et iustum est, omnipotens Deus *praem.* Bo; Dignum et iustum est *praem.* Go; Nos te, Domine Deus noster *praem.* Go, Pr; Nos te, omnipotens Domine *praem.* Ambr; Te <omnipotens Deus, F> *praem.* Arn, Bo, F, Rh, S, Z 2672 1 beati ... tui] Martini tui Bo; beati sacerdotis et confessoris tui Martini Ambr; laudibus sancti Martini Go, Pr 2 adorare] honorare Ambr, Pr, honorari Bo, Go 3 succensus (repletus Ambr), ita <et add. Bi> 4 perfectus] om. Pr 5 paupere (pauperem Bo, Go, Pr) ... vestem (veste Ambr) ... Dominus (Dominum Ambr) 6 induisset] o felix largitas, (quam Ambr) (in Bo) qua divinitas operitur (operatur Ambr)! O chlamydis gloriosa divisio, quae (quem Bo) militem texit et regem! Inaestimabile donum est, quod vestire Deum (om. Ambr) meruit deitatis (deitatem Ambr)! Digne huic confessionis tuae praemium

amore ⁹martyrii persecutoris tormenta non ¹⁰timuit. ¹¹Quanta, putamus, erit glorificatio passionis, ¹²quando pars c<h>lamydis sic extitit ¹³gloriosa? Quid erit pro oblatione integri corporis recepturus, ¹⁴qui pro quantitate vestis exiguae, et vestire ¹⁵Deum meruit et ¹⁶videre? ¹⁷Hic tua est, Domine, veneranda potestas, qui cum lingua non suppetit, meritis exoreris.

Per Christum.

1.2. Sinossi delle varie redazioni

GOTHICUM	BOBIENSE	GEL. VIII	AMBR.
<i>Immolacio</i>	<i>Contestatio</i>	<i>Praefatio</i>	<i>Praefatio</i>
Dignum et iustum est,	Vere dignum et iustum est, omnipotens Deus,	VD:	VD aequum et salutare:
nos te, domine deus noster, in	te in Martini tui laudibus hono-	In beati Martini pontificis atque	Nos te omnipotens domine in

(praemia *Ambr*) commisisti (contulisti *Ambr*)! *add. Ambr, Bo, Go, Pr 7* ei Arianorum] Arianorum non *Bo, Go, Pr 8* feritas] feritate *Bo, Go*; feritatis *Pr 9* martyrii] Martinus *Bo, Go, Pr 10* timuit] securus *add. Ambr, Bo, Go, Pr 11* Quanta(quia tanta *Bo, Go, Pr*) ... erit (est *Bo*; erat *Go*) glorificatio <eius *add. Pr*> *12* quando ... recepturus] *om. Bo, Go, Pr 13* gloriosa?] pretiosa. Et *Ambr 14* qui pro] ut per *Bo, Go, Pr 15* Deum] Christum *Bo 16* videre] O animae (animi *Ambr, Go*) imitanda benignitas! O virtutum veneranda potentia! Sic egit suscepti pontificatus officium, ut per formam probabilis vitae observantiam (observantia *D 3-3*) exegerit disciplinae (disciplinam *D 3-3*). Sic apostolica virtute sperantibus contulit medicinam (medicina *Bo*), ut alios supplicationibus, alios visu (iussu *Pr*) salvaret *add. Ambr, Bo, Go, Pr 17* Hic (*Haec Ambr, Arn, F, S², Z*) tua est (tua *Go*), ... veneranda potestas (potentia *Bo, Go, Pr*), qui (ut *F, S²*; cui *Bo, Go, Pr*) ... suppetit (suppleat *Bo*; supplet *Go*), ... exoreris (exorat *Bo*; exorare <operibus sancti Martini, te opitulante, mereamur imitari *add. Go*>] Hic tua est, Domine, virtus et gloria, per Christum Dominum *Ambr*; Haec tua, Domine, veneranda potentia, cui merito omnes angeli <et archangeli> non cessant clamare dicentes: <Sanctus> *Pr*.

laudibus sancti Martini honorari.	rari,	confessoris tui laudibus adorare.	beati sacerdotis et confessoris tui Martini laudibus honorare:
-----------------------------------	-------	-----------------------------------	--

Qui sancti spiritus tui dono succensus,	qui Sancti Spiritus tui donum succensus,	Qui sancti Spiritus tui dono succensus,	Qui sancti spiritus tui dono repletus
---	--	---	---------------------------------------

ita in ipso tyrocinio fidei perfectus,	ita in ipso tyrocinio fidei perfectus inventus est,	ita in ipso tyrocinio fidei perfectus inventus est,	ita in ipso tyrocinio fidei perfectus inventus est
--	---	---	--

ut Christum texisset in pauperem	ut Christum texisset in pauperem,	ut Christum texisset in paupere	ut Christum texisset in paupere:
----------------------------------	-----------------------------------	---------------------------------	----------------------------------

et uestem, quam egenus acceperat,	et vestem, quam aegenus acceperat	et vestem, quam egenus acceperat,	et ueste quam egenus acceperat
-----------------------------------	-----------------------------------	-----------------------------------	--------------------------------

mundi dominus induisset.	mundi Dominus induissit.	mundi Dominus induisset.	mundi dominum induisset.
--------------------------	--------------------------	--------------------------	--------------------------

O flex largitas, qua diuinitas operitur! O clamides gloriosa divisio, qua militem textit et regem!	O flex largitas, in qua diuinitas operitur. O clamides gloriosa divisio quem militem textit et regem	O felix largitas quam diuinitas operatur. O clamidis gloriosa divisio quae militem textit et regem	
---	---	---	--

Inaestimabile donum est, quod vestire deum meruit deitatis.	instimabile donum est, quod vestire Deum meruit deitatis.	inaestimabile donum est quod uestire meruit deitatem.	
---	---	---	--

Digne huic	Digne huic	Digne huic	
------------	------------	------------	--

confessionis tuae praemium commisisti.	confessioni tuae premium commisisti.		confessionis tue premia con- tulisti:
Digne Arriano- rum non subia- cuit feritate.	Digne arriano- rum non subia- cuit feritate.	Digne ei Aria- norum subia- cuit feritas,	Digne ei Arria- norum subia- cuit feritas:
Digne tanto a- more Martinus persecutores tormenta non timuit securus,	Digne tantum amore Marti- nus persecutoris tormenta non timuit, securus	digne tanto a- more martyrii persecutoris tormenta non timuit.	digne tanto a- more martyrii persecutoris tormenta non timuit securus.
quia tanta erat glorioso pas- sionis,	quia tanta est glorificatio passionis,	Quanta, puta- mus, erit glorifi- catio passionis,	Quanta puta- mus erit glorifi- catio passionis
		quando pars clamydis sic extitit gloriosa?	quando pars clamidis sic extitit pretiosa?
		Quid erit pro oblacione inte- gri corporis re- cepturus,	Et quid erit pro oblacione inte- gri corporis re- cepturus
Ut per quanti- tate vestis exi- guae et vestire deum meruit et vide- re. O animi imi- tanda benigni- tas! O virtutum ve- neranda poten- cia!	Ut per quanti- tate vestes exi- guit, vestire Chri- stum meruit et videre. O anime imi- tanda benigni- tas. O virtutum ve- neranda poten- cia:	qui pro quanti- tate vestis exi- guae, et vestire Deum meruit et vide- re?	qui pro quanti- tate uestis exi- guae et uestire deum meruit et uide- re? O animi imi- tanda benigni- tas. O uirtutum ue- neranda poten- tia.
Sic egit suscep- ti pontificatus officium, ut per	sic egit suscep- tis pontificatus officium, ut per		Sic egit suscep- ti pontificatus officium ut per

formam probabilis vitae observanciam exegerit disciplinae.	furnmam probabelis vitae observanciam exegerit disciplinae.		formam probabilis uitae obseruantiam exegeret disciplinae.
Sic apostolica virtute sperantibus contulit medicinam,	Sic apostolica virtute sperantibus contulit medicina,		Sic apostolica virtute sperantibus contulit medicinam:
ut alios supplicationibus, alios visu salvaret.	ut alius supplicationibus alius viso salvarit.		Ut alios supplicationibus alios uisu salvaret.
Haec tua, domine, veneranda potencia,	Haec tua est, Domine, veneranda potencia,	Hic tua est, Domine, veneranda potestas,	Haec tua est domine uirtus et gloria.
cui cum lingua non supplet mentis exorare, operibus sancti Martini te opeulante mereamur imitari:	cui cum lingua non suppleat, meritis exorat.	qui cum lingua non suppetit, meritis exoreis.	
per Christum dominum nostrum.	Per Christum Dominum.	Per Christum.	Per Christum dominum nostrum.

1.3. *Rilievi sull'antichità del Prefazio ambrosiano*

È manifesto che il testo della tradizione ambrosiana congiunge insieme in unità logica e progressiva tanto ciò che il *Gothicum* e il *Bobiense* e i *Gelasiani del sec. VIII* hanno conservato, quanto ciò che, in modo diverso, hanno omesso: cosicché il testo ambrosiano appare come fondamentale, e ci riconduce all'originale.

Che l'archetipo sia di origine gallicana o ambrosiana, non è mia competenza poterlo stabilire. Noto soltanto che, diversamente dalla tradizione visigotica, in tutt'e quattro le redazioni compare il ricordo della ferocia ariana. Ora, se questo elemento è caratteristico dell'area ambrosiana dalle origini fino al secolo IX, non sarebbe improbabile che il testo primitivo sia stato composto in ambiente ambrosiano. Come, d'altra parte, e per motivi simili, potrebbe appartenere alle Gallie, nelle quali pure infieriva l'arianesimo.

È certo comunque che l'archetipo è anteriore al *Gothicum* e al *Bobiense*, anteriore quindi al secolo VIII nel quale furono composti i *Gelasiani misti*. Anch'essi hanno attinto, abbreviandola, alla stessa fonte.

Una sola lacuna, di poco valore del resto, rileviamo nella tradizione ambrosiana: la finale, che congiunge il prefazio al *Sanctus*: una finale conservata troppo diversa nelle altre tre redazioni, linguisticamente non troppo felice, difficile quindi da ricostituire quale doveva figurare nell'archetipo. Forse per tale motivo, o per la indecifrabile lettura del manoscritto originale, l'attuale prefazio ambrosiano l'ha elegantemente abbreviata.

III. - RILIEVI TRA STORIA E MEMORIA

L'insieme di questi formulari liturgici, presentati in questo capitolo (nel prossimo capitolo commenterò analiticamente il formulario visigotico della *Missa de obitu[s] sancti Martini*) assume come memoria liturgica molti tratti della storia di Martino: sia di quella redatta da Sulpicio Severo, che rimane fondamentale per tutte le liturgie, sia anche di alcune aggiunte e complementi che fanno capo alla tradizione di Tours, non tutta a noi pervenuta. Di quest'ultima, l'erede più importante è Gregorio di Tours.

Guardando complessivamente i testi, si notano alcuni elementi che ricorrono quasi costanti.

Ne elenco alcuni.

1) È richiamato il fatto che la divina Provvidenza abbia disposto che Martino, nato in Pannonia, cioè in Oriente, venisse in Occidente, precisamente nelle Gallie, per portare la luce della fede e distruggere le tenebre del paganesimo.

2) Importanza eccezionale, quasi-simbolo della sua vita intera, è l'evento del povero di Amiens, al quale Martino diede metà della clamide. Fatto importante non in sé, quanto in ciò che costituì per lo stesso Martino, quando Cristo, nella notte, gli apparve in sogno vestito come il povero: una assunzione al servizio di Cristo, benché ancora catecumeno.

3) La forte resistenza di Martino davanti agli Ariani, riletta dai testi liturgici, eccetto i visigotici (in ambienti quindi profondamente segnati dalla lotta anti-ariana, come erano le Gallie e Milano), è vista già quasi un martirio per la fede.

4) La vita ascetica e penitente, di incessante preghiera e di carità perfetta, ritorna come luogo costante nei testi liturgici: anche perché la liturgia è catechesi.

5) Il suo potere taumaturgico, per il quale venne assimilato agli apostoli, e che tanto impressionò – lui vivente – i testimoni oculari, e dopo la morte chiamò sulla sua tomba da ogni parte folle di pellegrini, con la credenziale comprovata di moltissimi miracoli da lui operati, fa parte ugualmente delle «costanti» liturgiche.

6) Viene celebrato anche il suo modo originale di gestire l'ufficio episcopale, senza nulla togliere alla testimonianza perfetta di una vita evangelica, senza lasciarsi mai insuperbire dagli onori, ma piuttosto sentendosi maggiormente spronato a servire i fratelli, mostrando

così di essere una vetta di santità e di giustizia, un modello da imitare da tutti i pastori.

7) Un tratto saliente ricorre ugualmente costante nella memoria liturgica: il suo transito; transito che corona con un atto eccelso di carità e di concordia un'intera vita spesa nell'amore dei fratelli e della Chiesa, e insieme presenta Martino nella veste del povero, del povero Lazzaro della parabola evangelica, che entra ricco nel seno di Abramo.

8) In ambiente soprattutto gallicano viene celebrata la memoria della sua «deposizione», avvenuta l'11 novembre, giorno che poi sarà considerato come il "dies natalis" di S. Martino. Di questa deposizione, con ciò che di straordinario avvenne, oltre a Sulpicio, ne trasmette notizia anche Gregorio di Tours.²⁶

9) Tutte le liturgie ovviamente sono concordi nel ritenere e celebrare Martino fra le schiere dei Santi in cielo; però con una attenzione particolare, rivolta non solo all'imitazione, ma più ancora all'intercessione.

10) La dedicazione della Basilica di S. Martino a Tours fatta da Perpetuo, viene commemorata localmente dal Sacramentario di Angoulême.

²⁶ SF I, 48, vol. I, pp. 72-77.